Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Schmuckinitiale

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

gaudebit cor vestrum et ossa vestra quasi her
ba germinabunt. Et cognoscetur ma
nus domini servis eius, et indignabi
tur inimicis suis. Quia ecce dominus in igne ve
niet, et quasi turbo quadrige eius, reddere
in indignatione furorem suum, et incre
pationem suam in flamma ignis. Quia
in igne dominus diiudicabit, et in gladio
suo ad omnem carnem, et multipli
cabuntur interfecti a domino. Qui sancti
ficabantur et mundos se putabant
in hortis post ianuam intrinsecus, qui
comedebant carnem suillam, et ab
hominationem et murem, simul consu
mentur, dicit dominus. Ego autem ad opera eorum
et cogitationes eorum venio ut congre
gem cum omnibus gentibus et linguis.
Et venient et videbunt gloriam meam,
et ponam in eis signum. Et mittam ex eis
qui salvati fuerint ad gentes in
mare, in Africam, in Lydiam, tenen
tes sagittam, in Ytaliam et Greciam,
ad insulas longe, ad eos qui non au
dierunt de me, et non viderunt gloriam
meam. Et annuntiabunt gloriam meam
gentibus. Et adducent omnes fratres
donum + vestros de cunctis gentibus + domino
in equis et in quadrigis et in lecti
cis, et in mulis et in carrucis, ad mon
tem sanctum meum Ierusalem, dicit dominus, quo
modo si inferant filii Israel munus
in vase mundo in domum domini. Et assu
mam ex eis in sacerdotes et levi
tas, dicit dominus. Quia sicut celi novi et
terra nova, que ego faciam stare coram
me, dicit dominus, sic stabit semen vestrum
et nomen vestrum. Et erit mensis ex men
se, et sabbatum ex sabbato. Veniet omnis
caro ut adoret coram facie mea,
dicit dominus. Et egredientur et videbunt
cadavera virorum qui prevaricati sunt in
me. Vermis eorum non morietur, et ignis
eorum non extinguetur, et erunt usque ad
satietatem visionis omni carni.

Explicit Ysaias. Incipit prologus in
Ieremiam prophetam.

Hec interpretatio
Ieronimi est. Si
quid in ea mo
vit secundum
ebreos codices
exploret. Alia
enim LXX interpretum ecclesiis usita
ta, quam non nulla aliter ab ea quam in
ebreis codicibus inveniuntur; tamen utraque
et secundum LXX et secundum ebream apostolica
auctoritate firmata est. Non errore neque
reprehensione superioris, sed etiam consilio
hec non nulla aliter dixisse vel convertis
se intelligimus, quod ideo premonemus ne
quisquam alteram ex altera velit emen
dare, quia singularis suo genere utraque
observanda est. Ieremias propheta
cui hic prologus scribitur, sermone
quidem apud Hebreos Ysaia et Osee
et quibusdam aliis prophetis videtur esse
rusticior, sed sensibus par est, quippe
qui eodem spiritu prophetaverit. Porro
simplicitas eloquii de loco ei in quo
natus est accidit. Fuit enim Anatho
thites, qui est usque hodie viculus tribus
ab Ierusalem distans milibus, sacerdos
ex sacerdotibus, et in matris utero sanctifica
tus, virginitate sua evangelicum virum
Christi ecclesie dedicans. Hic vaticinari
exorsus est puer, et captivitatem urbis
atque Iudee non solum spiritu sed et oculis car
nis intuitus est. Iam x tribus Israel

Explicit ysaias. Incipit prologus in Ieremiam prophetam